

stis: capite in cacumine orbiculato, in quo semē, utervum, vario colore emicat: flos alnus. Frutex tonus cum radice lacteo succo turget. Similes ad ulus reconditur. Helioscopius dicitur, foliis portulacæ, tenuioribus, rotundioribusque: ramulis prodeuntibus à radice quatuor aut quinque, rubentibus, dodrantali altitudine, tenibus, lacticis copiosi plenis; capite anethi: femine velut in capitulis inclusu. Helioscopii nomen accepit, quoniam comas cum Sole circumagat. Circa oppida nascitur, potilimum in rudibus. Colligitur succus, femeoque, ut aliorum. Exdem, que superioribus vites, non tamen usque adeo validæ. Cyparissias in caulem exit dodratalem, vel magiore, subrubrum: ex quo folia pini similitudine extinxuntur, molliora tamē, & tenuiora: & in totum nascentem pinum emulatur, unde nomen traxit. Candido lucco madet: cui eadem vis quo superioribus. In petris nascentes dendroides cognominatur, ampliter opacat, in cacumine frondosam spargens comam, succo lacteo prægnans,

A caulinisq; rubentibus, foliis myrti tenuioris, fructu characiæ. Ejusdem effectus, cuius superiores: similiq; modo reconditur. Platiphylos verbasci similis est. Radix, succus, & folia per inferna trahit aquas. Pisces necat, tusus & aque inspersus. Reliqua titymalorum genera, que supra scribuntur, idem efficiunt. *Dioscorides.*

**PITYUSAM** specie à Cyparissia differre constat, eti titymaloru generi alignetur. Cauis supra cubiti altitudinem allurgit, geniculatus: foliis piceæ, acutis, exilibus: flore parvo, velut purpureo: femine in star lenticula latè: radice crassa, candida, succo reserta, quibusdam in locis frutes hic pregrandis inventur.\* Detrahit per alvum radix drachmis duabus, data in aqua multa: item feminis drachma. Succi cum farina subiecti cochlearium in catapotio datur, modus foliorum drachmæ tres. *Dioscorides.*

**PURGANT** quoq; serolos humores, Cyclæ minus, Ebulus, &c. de quibus vide supra suo loco.

## DE FLORIBUS, SECTIO IX.

<b>FLORES</b>	<b>Calidi in</b>	Borraginis, Buglossæ, Betonicae, Primo Buphtalmi, seu herba Crispulæ, Méliloti, Chamomilla, Stecchadis, &c.	
		Secundo Amomi, Croci, Caryophyllorum, Ericæ, Melissæ, Spicæ nardi, Lavendulae, Lupulorum, Junci odorati, Iasmuni, Korifinariæ, &c.	
<b>Quati-</b> <b>tatem.</b> <b>Sic</b>	<b>Frige-</b> <b>di m</b>	Tertio Agnæasti, Epithymæ, Leuceji, Oenanthe, Periclymeni, &c.	
		Primo — Malæ, Rosarium, Violaceum, &c.	
<b>Alteran-</b> <b>tes qua-</b> <b>litate</b>	<b>Humidi, Sicci, &amp;c. Vide literam A.</b>	Secundo Anemonæ, Hiacynthi, Iatybi, Nymphæ, &c.	
		Tertio — Balsufiæ, &c. Quarto — Hyoscyami, &c.	
<b>Locum, Vide literam B.</b>			
<b>Secunda, Vide literam D</b>			
<b>Purgantes, &amp;c. Vide literam E.</b>			

A	Humidi in	Primo — { Buglossæ, Malva, Cichorii, &c.
		Secundo — { Nymphæz, Violarum, &c.
		Primo — { Buphtalmi, Chamomillæ, Croci, Hyacinthi, Meliloti, Rofarum, &c.
Sicci in		Secundo — { Anemone, Amomi, Croci, Caryophyllorum, Ericæ, Junci odorati, Lavendulæ, Lupuli, Meliloti, Pæonie, Rosmarini, Spicanardi, &c.
		Tertio — { Balaustia, Epithymi, Jasmini, Chamæpiteo, Periclymeni, &c.
B	Caput	Anthos, Prunellæ, Chamomillæ, Betonice, Herba Paralyſis, Lavendulæ, Meliloti, Pæonia, Salvia, Stachados, Tiliæ, &c.
	Pectus	Betonica, Junci odorati, Meliſſe, Scabiolæ.
	Cor	Anthos, Borraginis, Buglossæ, Croci, Meliſſa, Spicanardi, &c.
Calescuntur	Stomachum	Anthos, Junci odorati, &c.
	Hepat	Centauri, Junci odorati, Sambuci, Betonica, Chamomillæ, Spicæ, &c.
	Splenem	Betonica, Leucoji, Viticis, &c.
Flores secundum locum alterantes qualitate prima, aut	Renes & us- ficiam	Betonica, Junci odorati, Malva, Meliloti, Spicæ, &c.
	Matricem	Betonica, Junci odorati, Iros, Salvia, Spicanardi, &c.
	Juncturas	Anthos, Herba Paralyſis, Chamomilla, Meliloti, &c.

Refrigerant, Humectant, Siccant, &amp;c. Videliteram G.

C Refit.

## De Floribus.

Caput —	Nenupharis, Papaveris albi, Rosarum, Violarum, &c.
Pectus —	Papaveris, Violarum, &c.
Cor —	Nenupharis, Rosarum, Violarum.
Stomachum —	Rosarum, Violarum, &c.
Hepar —	Cichorii, Nenupharis, Rosarum, &c.
Refrigerantia —	Splenem — Cichorii, Nenupharis, &c.
	Renes & vesicam — Nenupharis, &c.
	Matricem — Nenupharis, Rosarum, &c.
C.	Juncturas — Rosarum, Violarum, &c.
Humeantia —	Pectus — Violarum.
	Cor — Borraginis, Buglossa, &c.
Siccantia —	Cor — Anthos, Melissa.
	Pectus — Melissa, Betonicae, Scabiosæ, &c.

D.  
Flores alterantes  
qualitate se-  
cunda, aut

Adstringunt: ut —	Balaustix, Croci, Cichorii, Meliloti, Rosarum, Verbas, Viticis, &c.
Discutunt —	Anethi, Chamomilla, Malvae, Meliloti, Stachados, &c.
Abstergunt —	Fabarum, Tilia, &c.
Extenuant: ut —	Chamomilla, Iridis Illyrica, Stachados, &c.

Emollient, Suppurant, Glutinant, &c. Videlitram B.

Emolliunt	<i>Croci,</i> <i>Liliorum,</i> <i>Malvæ, &amp;c.</i>				
Suppurant	<i>Croci,</i> <i>Liliorum alborum, &amp;c.</i>				
Glutinant & cicatricem ducunt	<i>Balaustia,</i> <i>Centaurii.</i>				
Menses movent	<i>Betonicæ,</i> <i>Centaurii,</i> <i>Chamomillæ,</i> <i>Junci odorati,</i> <i>Leucoji,</i> <i>Melissæ,</i> <i>Pæonia,</i> <i>Rorifinariini,</i> <i>Salviz,</i> <i>Viticis, &amp;c.</i>				
E. Menses fistunt	<i>Balaustia,</i> <i>Hyoscyami,</i> <i>Nymphæ, &amp;c.</i>				
Flatus discipiunt	<i>Anethi,</i> <i>Chamomillæ,</i> <i>Junci odorati,</i> <i>Spica nardi, &amp;c.</i>				
Ambustis medentur	<i>Liliorum alborum,</i> <i>Malvæ,</i> <i>Verbasci, &amp;c.</i>				
Venenis resistunt	<i>Betonicæ,</i> <i>Citri, &amp;c.</i>				
Dolorem mitigant	<i>Anethi,</i> <i>Chamomillæ,</i> <i>Centaurii,</i> <i>Hyoscyami,</i> <i>Meliloti,</i> <i>Rorifinariini, &amp;c.</i>				
F. Purgantes	<table border="0"> <tr> <td><i>Bilem</i></td> <td><i>Perficornum,</i> <i>Cerasorum,</i> <i>Rosarum,</i> <i>Violarum, &amp;c.</i></td> </tr> <tr> <td><i>Pituitam &amp; serum</i></td> <td><i>Carthami,</i> <i>Genistæ,</i> <i>Sambuci.</i></td> </tr> </table>	<i>Bilem</i>	<i>Perficornum,</i> <i>Cerasorum,</i> <i>Rosarum,</i> <i>Violarum, &amp;c.</i>	<i>Pituitam &amp; serum</i>	<i>Carthami,</i> <i>Genistæ,</i> <i>Sambuci.</i>
<i>Bilem</i>	<i>Perficornum,</i> <i>Cerasorum,</i> <i>Rosarum,</i> <i>Violarum, &amp;c.</i>				
<i>Pituitam &amp; serum</i>	<i>Carthami,</i> <i>Genistæ,</i> <i>Sambuci.</i>				

## De floribus calidis in primo.

**FLORES BORRAGINIS & BUGLOSSAE**  
(German. *Borretsch und Ochsenzungenblümlein*)  
nascuntur paullum in hortis, campestribus, & syl-  
bulosis. Colliguntur Vere, & principio aestatis:  
ex quibus conerva, serapium, & aqua stillaritatis  
parantur. Exsiccantur etiam in umbra, & conser-  
vantur per annum in ligneis arculis. \*Corrobo-  
rant cor, ejusq; affectibus maximè opitulantur,  
conducunt ad febres humoris; adulstos. &c.

**BETONIAS** flores idem, quod herba iysa,  
efficiunt.

**FLORES Buphtalmi**, Ger. *Rindsang* (rum-  
tin) lutei sunt, anthemide majores, oculi simi-  
litudine, unde nomen traxerunt. Folia scenici.  
Circa oppida nascuntur, & in campestribus. Col-  
liguntur Vere & aestate: siccatur in umbra, &  
conservantur per annum. \*Cum cerato triti, tu-  
mores, duritasque discutantur. *Dioscorides*.

**MELIOTUS** flore est luteo, colore vicino  
eroco, odorato. Nascitur locis montosis, sterili  
solo. Colliguntur in Vere: siccatur & servatur per  
annum. \*Vim habet adstrictoriam & discuti-  
tem, &c. *Dioscorides*.

**CHAMAEMELI** flores (Ger. *Chamisenbla-*  
*men*) in medio aurei, forinsecus orbiculato am-  
bitu candidi, melini, aut purpurei, magnitudine  
foliorum rure. Nascuntur in aperis, & juxta fe-  
mitas. Colliguntur Verso: siccantur in umbra, &  
servantur per annum. \*Excalsant, discutunt,  
laxant, & rarefaciunt. Decoctum eorum febres  
extra viscera inflammationē ortas concoquit,  
discutit, ac resolvit: præsertim que ex cutis den-  
sitate, & humoribus biliosis proveniunt: pra-  
cordis gratissimi, laxitudini conferunt: dolores  
sedant: tensa remittunt & resolvunt: modice in-  
durata emollienti, densata rarefaciunt. *Dioscori-  
des*, & *Andernacus*.

**SACCHARUM** summi apices, hoc est, flores  
in officinis floccados Arabici amari. Juxta Gal-  
liam in insulis ejusdem nominis è regione Mal-  
fisia gigantur: nec non in Arabia, qua Gallica  
praefat. Leviter astringunt, extenuantque, ab-  
tegunt, viscerā obstrunctione liberant: eoque  
etiam totum corpus corroborant. *Dioscorides*.

## De floribus calidis in secundo.

**AMOMI** hoc est, flores pomi Hierosolymita-  
ni, qui raro & parce admodu, sicut etiam tem-  
pore Galeni, ad nos feruntur: acorus eadem fa-  
cilitate prædictus, in vicem illorum substitui po-  
test. Quidam illud uvam octatam, aliū aliud  
esse prodiderunt. *Andernacus*.

**CROCUS**, Ger. *Saffran*, Gal. *Saffron*, Ital. *Zaf-  
farano*, Hisp. *Azafran* dicitur. Hujus cum mul-  
tus sit ulus & lanis, & in Medicina, cura adhibe-  
da est, ut optimus, recens, & sincerus deligitur.  
Nam variis modis adulteratur: sed maleficium  
ex colore, odore & pondere deprehenditur: si  
quidem nec adulteratus, nec vetus eam coloris  
gratiam habet, sed obscurior est, neque odoratu-  
sus ut recent, sed fumum redolet, & pöderosus est.

**A** Cæterum qui luteos quosdam flores admistos  
habet, odore & gustu dignoscitur, tum etiam  
quod eam coloris venustatem in tingendo non  
habet, quam sincerus. Qui sapo subtilis est, sa-  
pore dulci, & colore obscuro est. Cui permixta  
lithargyros, justo ponderosior est. Nascitur in  
Coryco monte Cilicie optimus. Proxima nobilis  
tas ei, qui in Olympo Lycaon monte provenit.  
Deinde ei, qui ex Argis Aetolie urbe assertur.  
Nunc in plenisq; Germanie locis plantari cecepit  
haud infeliciter, quod viribus è locis jam cōme-  
moratis allatis haud cedat. Florem ante folium  
edit: per autumnum namq; Vergilarum occasu  
floret, neq; ultra mensis spaciun flores durant.  
Postquam autem hi decidunt, statim folia angu-  
sta & oblonga prodeunt, virentq; tota hyeme.  
\* Vim coquendi, emolliendi, atq; subfringendi  
habet: urinā cit: elegantem colorē præstat: qui ex  
pallo biberint, crapulam nō sentient: oculorum  
fluxiones illitum cum humano lacte cohabet:  
additum in potionem, que interaneorum causa  
temperantur: ad vulvā etiam, sedisque cataplasi-  
nata utiliter inditur: Venerē stimulat: vergentes  
ad ignem sacrum inflammations mulcet:  
auricularia collectionibus utile. Quò facilius  
conteratur, in calido scitili Sole siccari oportet,  
celeriterq; versari. Urinam moverit radix ex pallo  
poti. *Dioscorides*, *Medici Florentini*, & alii.

Quanquam nos non habemus *Crocus Cory-  
cium*, id tamen non parū refutum tametsi Gal-  
enus dicat, quod sit illud magis vegetum, non  
tamen quoq; odoratus alii: propterea si Cro-  
cum habuerit odorem perfectū, & longo tem-  
pore durantem, parum interest an sit vegetum  
vel aridum: quod si illud etiam adfuerit, cō erit  
melius. si itaque sit recens, coloratum, & habeat  
in suis filamentis nonnullū albicans, sitq; lon-  
gum, integrum, non fragile, plenum, & quod  
inadfectum bene tingat manus, non fumū o-  
leat, neq; sit humidum & nonnullū acutum, erit  
optimum. Quod si has notas non habuerit, aut  
erit exectum, aut madefactum: cumq; ita soleat  
ingeniose adulterari, ut vix deprehēdi fraus  
possit, ideo per aliquot dies prius necesse est ad  
ulsum transferamus & si tum viderimus illud re-  
tinere colorē & odorem, quem primum habe-  
bat, tenebitus pro bono: si minus, pro adulter-  
ato: nam talē neque odorem neq; colorem diu  
retiore potest.

**CARYOPHYLLORUM** flores, Ger. *Graß-*  
*negetin* dicuntur: aestate colliguntur: quo tēpo-  
re ex eis acetum conficitur, pestilens accommodatum. Conditum quoq; ex eis cum laccha-  
ro paratur. Jecur, cor, & stomachum corrobo-  
rant. Venerē augēt, quatuor scripulorū pon-  
dere cum lacte ante assunti. *Andernacus*.

**ERICIA**, fruticosa arbor myrica similis, lon-  
gē minor, cuius flore apes reprobum mel effi-  
ciunt. \* Strumas discutunt, aliasq; duntias per  
habitum digerunt dissipante. *Dioscorides* &  
*Andernacus*.

**SCUINANTHUM**, seu schœnu anthos, id est,

junci odorati flos, in Africa & Arabia nascitur. Laudatilium ex Nabathaea: proximum Arabinum, quod aliqui Babylonium cognominant, ali Teuchitum: peñimum ex Africa. Eligendum rufum, intento colore, recens, tenuis, rubentibus fragmentis, quod manibus conficitur, rotæ odorem emittit, ignea mordacitatis ad lingua. Floris, culorum, radicisq; est usus. Olim planata ipsa cum floribus advehatur, unde Schœnanthus nomen sumpsit: ideoq; eligebatu floribus referuntur. Hodie tamen ad nos culmi duntaxat & radix adferuntur. Itaq; cura adhibenda est, ne alii culmi his admisceantur: quod ex jam dictis notis deprehendi potest. \*Vim urinæ ciundat habet: menses pellit, discutit inflationes, caput aggrava, modice adstringit, communit, excoquit, ac venarum spiracula laxat. Flos ejus in potu utilis sanguinem rejecitatu: doloribus stomachi, pulmonis, jecinoris, & renum inficietur antidotis. Radix adstringentior est: ideo fastidii stomachi, hydropericis, convulsiis, drachma una cum pari pondere piperis, per dies aliquot datur. Decoctum vulva inflammationibus, ad defidentium fatus utilis est. *Medici Florentini ex Diocoride.*

Schœnanthus est res nota: apud veteres in usu erant flores ejus, & summitates junci, atq; etiā radix, ut Diocorides docet. Flores tamē in maiore erant precio, cum rariis haberet potuerint, non ideo quod olim Cameli in Arabia eos despacerent, sicut vult Galen.lib.1. le Antid.cap. 14. sed quia non erat usitatum illos ad alia loca deferri. Nunc vero copiose aff-ri coperunt, qui tamen deprehendunt esse exigui odoris, & respectu iplus junci quasi nullius: quare simpli- cium periti omnes potius usurpat juncos quam flores, quaquam illoruū copia in promptu sit. Galenus quoq; laudat cymas eorum: sed videndum ut sint odorati: nam si non nihil veteres sint, amittunt odorem: quod non difficulter deprehenditur. Ad nos quoque ex Arabia, quales Andromachus commendat, afferuntur.

**L A V E N D U L A.** Nardi Italica species est: adeò ut illa foemina, hæc vero mas (vulgè spica nardi appellata) vocetur. Mas folio constat latiore, longiore, crassiore, robustiore, albidioraque, quam foemina. Sed utraq; planta fructuosa, & rosmarinini modo, innumeris referta est foliis: è quorum medio juncce exsicat caulinis, quadrangulis, tenuis, dodrantalem longitudinem excudentes: in quorum cacumine flores excent spicati, colore purpureo, quamvis in foemina dilutiores, patentioresque, odore fragrantes, verum usque adeo acuto, ut nares feriat. Nascitur paucim in horis. Colliguntur ambo initio astatim: siccantur in umbra, & conservantur per annum. \*Exalſciunt & exiecant ordine secundo completo. Conferunt omnibus cerebri aff-ribus frigidis, convulsiis, & resolutis: ventriculum frigidum corroborant: jecur obstructum liberant: hæni infarctus aperiunt: uterum calefaciunt: urinam, menstruam, & secundas educunt. Aqua ex il-

A lis destillatur, oleumq; conficitur, quod oleum spica vocant. *Matriolus.*

**L U P U L I.** Flores nascuntur in sepiibus: colliguntur autumno: siccantur & conservantur per annum. \* Obſtructions viscerum ſolvunt. Se- rapium ex viridibus confeſtum, & aqua fillatum, febribus convenient. *Andernacuſ.*

**M E L I S S A E.** flores nascuntur paſtim in hortis, colliguntur aestate, siccantur in umbra, & fervantur per annum. \* Exalſciunt ſic cantu: B ordine ſecundo. Cor exhilarant, vitalesq; facultates roboret, odoris fragranția deficiente a- nimam revoquant, animi ſolicitudines fugant. *Avicenna, & Serapio.*

**R O R I S M A R I N I.** flores colliguntur Vere: ſiccantur & conservantur per annum. \* Emolliunt, incidenti gerunt, & abſtergunt. Conditum ex eius viridibus & ſaccharo paratum, conserva antithos officinis dicitur, ventriculum roboret, & utero accommodatur. Herba & radix eius ſucus melle multus, bi-betudinem oculorum à criftis humoribus ortam emendat. Decoctum ejus regio morbo ſive arquato auxiliatur. *Galenus, Diocorides, & Andernacuſ.*

**J A S M I N U M.** ex earu quoq; ſiripium est nu- mero, qua adminiculis ſuſcuntur, non tamen amplexicaulis, aut vicinis ſe circumvolvens, fed alii tantummodo inten-tes velati per gulis, hor- tensibusq; ſcenis, quibus faciliter innectitur. Caulinis ejus prolixis, teretes, ramulis, flexibili- geniculati, virentes, candida fungolzo; in certis medulla: foliis singulis geniculis binis, ampla, alarū in ſtar expansa, cōpoſita videbitur: ex quinque aut ſeptem aliis levibus, oblongis, ſcuratè virentibus, ſashigio acuminatis, eminenti in ca- camine reliquis majori. Flores in ſummi virgi- lis, rari, in muſcarii ſpecie coherentes, ſuaveolentes, colore albi, ſemen latum lupinus quadran- genim simile, quod tamen ratō ſuccreſcit: radix fibris firmatur. Fertur hujus eſſe ſpecies floribus lateis: & alia caruleis. Sunt autem, qui pro Ja- ſimino lateo, Trifolium fruticans in trumentū hiflor. cap. 89. depictum, & pro caruleo Clema- tidem alterum ostendant. Quod si autem non alia quam hæc pro Jafimini carteris ſpecie, ſit, di- quan- tem, temere plures ejus ſpecti, & affirmantur. Utraq; enim harum multū à Jafimino abſit. Colitur in hortis, topiariis operibus experitor, non modò in Belgio, verum & in Italia ac alibi: ex Africa creditur advenit. Flores aestate videntur. Inter Arabes Serapio primi nominis hanc Zambach, interpres vero Jefemini nominat: inde paſtim Jafiminum, Jefeminum, aut etiā Geſemini- num. Apud Diocoridem compoſitum eft Jafimi- ni olei, quod apud Perſas ex albi violæ floribus fieri refert, quod non ex alterius ſiripis, quam ex hujus floribus conſciendum appetet. \* Quali- tate autem Jafiminum, ac ejus potissimum flores calidi ſunt in initio ſeundi ordinis, ut Melues apud Serapionem ait. Oeum ex hiſ conſeluum crudos difuerit huīores: frigidis ac catarrhoſis cofert: & hyberno utile tempore. Quibus autē tempera-

temperatura contigit calidor, his dolorem excitat capitis, & si diuinus odoreatur, periculum adserit sanguinis e naribus profluvi: in convivis, ait Diocor. & post eum Aetius, odoris causa apud Perlas usurpatur. Prodest & lotis a balneo corporibus, quæ laxari calcieriq. expedit, graviores autem suaveolentiam habet, ita ut multo eo idcirco non libenter turantur. *Dodoneus.*

#### *De floribus calidis in tertio.*

**A**GNI CASTI, seu viticis flores, quidam albi cum purpureo, quidam purpurei sunt. Nascentur in palustribus campis. Calidi & seci in tertio. Flatus ventris discutunt. Veneris imputus cohibent. *Galenus.*

EPITHYMI flores eandem vim, quam herba ipsa, obcimente de quibus vide supra.

LEUCOJON (Ger. *Mägeln violetz*, ib. *violetten*, Gall. *Gyroses*, Ital. *Viola*) vulgaris est notitia, sed in floribus differentia quædam: namq; aut exrulei, aut albi, aut purpurei, aut lutei inveniuntur. Luteorum vero præcipui in medicina usus. Nascuntur in hortis ac viridiariis, in ædium fenebris, & parietibus. Colliguntur Vere: quo tempore oleum ex eis (*keirinum*) paratur. **C**aldi flores fervescunt in defensionibus, valent contra vulva inflammationes, & menstrua expellunt: sanant oris ulcera, cum melle: cum cera, to, nimis fedis, &c. *Diocorides.*

OENANTHÆ, officinæ labrusca flos, fructus est virus sylvestris, & flores centis: \* astringit, & stomacho familiaris. *Diocorides.*

PERICLYMENI flores superius descripti sunt. Nascuntur in arvis ac sepiis planta convovente administriculis prope aspidotibus. **C**oncidunt ornamque moveant: diuinus poti, sicut etiam fructus ejus, & folia, urinam sanguinolentam cibent, hemos & difficulter spirantes drachmæ unias pondere cum vino assumpta juvant. *Diocorides.*

#### *De floribus frigidis in primo.*

MALVÆ flores, Germ. *Herbstrosen* nominantur, effigie, floribus rosarum rubentibus, canadis, vel subrubens, nullo tamen odore fragrantibus. Nascuntur in hortis ac viridiariis. Colliguntur mensa Maji, vel principio astatit: **E**quo tempore ex eis fit mel malvatum, bonum pro asthmate & tussi. *Saincte.*

ROSA, Germ. *Noten*, Gall. *Rose*, Ital. & Hisp. *Rosa* nominatur. Hærum genera multa sunt. At vulgarissimæ sunt albantes, puniceæ, & quæ ex albo rufescunt, quas itali appellant *Incarneæ*. Præstantissimæ, quæ puniceo colore rubent: proxima laus est his, quæ in rufum candicant: vilissimæ albantes: in quarum tamen genere ex odoratissimæ excipiuntur, quæ *Heterocis Damascena*, & alii *Moschette vulgo* dicuntur. Nascuntur passim in hortis ac viridiariis. Colliguntur vero mensa Maji, nondū penitus explicari, quo tempore dilutum jalapium, syrups, conserva, mel rotatum, aqua stillatitia, & oleum ex eis coquuntur. Siccantur etiæ in umbra, folia coti-

A nuo versata, ne muceant, neve situs in iis infiduntur: & conservantur per annum in arculis lignis, \* refrigerant, astringunt, corroborantq; vites, tū vitales, tū animales. Andis rosas, & in vino decoctis expressus liquor, facit ad dolores capitis, aurum, oculorum, gingivarum, sedis, recti intestini, & vulvae, penna fistulas, aut infusus. Eadem sine expressione rufa, praecordiorum inflammationibus, humidis stomachi virus, Ignis acero illini prodest: siccis ac tritis semina asperguntur. Miceri solēt vulneraris antidotis, atq; cōpositionibus, quas aetheras vocant. Folia uruntur in calibelephara, Flos, qui in mediis rosis invenitur, siccatus, gingivarum fluxionibus efficaciter insperguntur. Capita pota citam alvū, & cruentas refectiones instat. Succus recētibus foliis exprimitur, defectis forfice ungubus, sic appellantur candidæ foliorum partes, reliqui in pila premi & teri debet in umbra, donec cogatur, & ita ad oculorum circumlociones recordi. *Diocorides.* & *Matthiolus.*

**R**osa optimæ haberi possunt Neapolit. aut Salmi. Sunt autem præstantissimæ rubez, quinq; foliis conflantes, coloris vividi, non oculi in purpureo nigrescentes: suntq; omnium primæ quæ aperiuntur. Debent autem à calycibus mundari, & cum forci ablita pars illa prius albicante, quam uaguum vocamus, in umbra siccari, sepius vertendo: nam facile mucorem cōrabunt.

**V**IOLETTE DE MARS, folium habet hebra minus, teuuius, ac nigris, nec multo dissimiles; caulinus à radice medius prodit, in quo flosculus suauissime oles, purpureus. Nascitur in opacis, a sporis, pratibus, & juxta sepes. Colligitur primo Vere, tempore sereno, quo tempore dilutum serum, jalapium, conserva, aqua stillatitia, atq; oleum violaceum ex eo conficiuntur. Siccantur etiam in umbra, & conservantur per annum, in vasis lignis. \* *Viola recentes* refrigerant, & humedant ordine primo, in lumina, soporiferæ sunt, calidos dolores mulcent, inflammations extinguunt, leniunt, & solvunt. Bilem edificant, ejusq; fervorem mitigant. Conferunt capitis doloribus, quos caliditas excitaverit: somnum conciliant: pectoris & alpæræ arteriæ sebritiæ leniunt: medentur anginis, & columella viris: præcipuo autem auxilio sunt pectoris & lateris inflammationibus, stimularent. Siccæ violæ minus refrigerant, & humedant: jecoris obstrunctiones aperiunt: regio morbo succurrunt: inflammations discutunt. In pulvrem redactæ drachmæ pondere, ex galli gallinacei, vel ipsorum modicè coctorum jure, etiam ventrem subducunt paulò ante cibū dati. *Diocor.* & *Mesue.*

#### *De floribus frigidis in secundo.*

**A**NEMONES (Germ. *Rüdeschel*, etc. &c. gros flaserobs. Ital. *Anemone*, Gall. *Coquelourdes, ou passefleur*, Hisp. *Ampollas de flor chiquita*.) duo genera, unum sylvestre, alterum in cultis nascent. Cujus multæ species: una pheniceum floræ profert: altera candicantem, aut lacteum, aut

purpureum. Harum folia coriandro similia. ceterum scissâ tenuis in terram inclinantur: caules lanuginosi, tenues, in quibus flores, ut papaveris, & in medio capitula nigra, aut cærulea radix oleæ magnitudine, aut amplius paulò grande sit, ac veluti geniculis quibusdam cingitur. Sylvestri amplitudo proflus major, latiora, folia, & duriora: oblongius caput flore puniceo: tenuibus & multis radicum capillamētis. Acrior est, que nigra habet folia. \* Vis utruisq; acris, ea de cauda fucus naribus infusus purgat caput. Commanducata radix pituitam trahit, decocta in passo, & illita, medetur oculorum inflammatio nibus: cicatrices corundens, & hebetudines emendat: sordida ulcera abstergit. Folia & caules, si cum ptifana decocti edantur, copiam latris præbent: menstrua ciunt, vellere apposita: illita quoq; lepras extinxunt. Flores eandem vim habent, quam herba ipsa, extrahunt humores, & ora valorum aperium. *Discorides.*

**H Y A C I N T H U S**, Ger. *Vian* Mergentheim. Gall. *Vne Iacinte, ou Vases*, nominatur: in universum in campestribus inter segetes, & in sylvis provenit: foliis & radicibus bulbaceis: caule dodratali, viridi, tenui, laevi: floret cum violis circa finem Martii, & Aprilis initium: florem emitit comā, ab ipso caulis medio usq; ad summū purpureis circumdā floribus, qui maturescētes ad terram incurvantur; perdurantq; diu antequam contabescant. \* Refrigerant ordine secundo, siccant verò primo. *Mastihalus.*

**C I C H O R I U M** flores (Ger. *Wägartenblümlein*) nascuntur in campestribus, iuxta semitas. Colliguntur aestate: \* ex quibus conficitur conserva, ad refrigerandum, corroborandumq; & potissimum hepatis.

**N Y M P H È A**, seu nenupharis flores (Germ. *Schilfblumen*.) lutei sunt, nitentes, rosei similes. Nascuntur in paludibus, lacubus, & aquis stagnatis. Colliguntur circa finem Veris, vel principiū aestate: \* quo tempore aqua stillatitia conficitur, fronte vel naribus admota, capitū ex bile dolore lenit: somnum inducit, omnemq; ardorem extinguit. Serapium ex eis febribus pestilentibus & acutis, pectorisq; colitumella, gutturisq; virtus apertissimis. Conditum cum faccharo ex eis factum semuncia instar somnum aferit: item unguentum inde paratum cordis regioni, instar epithematis, cum opus est, ad refrigerium illinitur. *Andernacus.*

#### De floribus frigidis in tertio.

**F L O R E S** mali punicae sylvestris **B A L A U S T I I** vocantur, cyano similes. Quorum complura genera repertuntur, caudati, fulvi, colore rosaceo. Nascuntur in Italia, Granata Hispanie regno. Colliguntur mense Junii: siccant & conservantur per annum. \* Astringunt, siccant, cohibent: sanguineolenta glutinant. *Discorides.*

**F L O R E S** **H Y O C Y A M I** (Germ. *Wilsenblümlein*) nascuntur in campestribus, ruderibus; colliguntur.

A tur prima aestate, vel circa finē Veris: siccantur, & conservantur. \* Vis eadem, quæ herbae inest.

#### De floribus humidis in primo.

**F L O R E S** **H U M I D I** in primo, sunt *Buglossa*, *Malva*, *Inybi*, &c. de quib; vide suprà suo loco.

#### De floribus humidis in secundo.

**F L O R E S** **h u m i d i** in secundo, sunt *Nymphaea*, *Violarum*, &c. de quib; vide suprà suo loco.

#### De floribus siccis in primo.

**F L O R E S** **s i c c i** in primo, *Buphtalmi*, *Chamomilla*, *Croci*, *Hyacinthi*, *Meliloti*, *Rosarium*, &c. de quib; vide suprà suo loco.

#### De floribus siccis in secundo.

**F L O R E S** **P à o n i à** (Germ. *Wentgenrosen*. *Gall. Pinnae*.) colliguntur mense Aprilis: \* ex quibus conditum cum faccharo paratur, epilepsie accommodatum.

**S I C C A N T**, quoque in secundo, flores *Anemonae*, *Anomi*, *Croci*, *Eriac*, *Junci odorati*, *Lavendulæ*, *Lupuli*, *Meilloti*, *Rorismarinii*, *Spicarnardi*, &c. de quib; vide suprà suo loco.

#### De floribus siccis in tertio.

**S I C C A N T** in tertio, flores *Balaustii*, *Epi thymii*, *Chamæphytos*, *Periclymeni*, &c. de quib; vide suprà suo loco.

#### De floribus calescentibus caput.

**F L O R E S** **P R U N E L L A** nascuntur in pratibus, riguis: colliguntur Vere: \* ex quibus aqua stillatitia conficitur, ad oris ulcerā idonea.

**F L O R E S** **H E R B A** **P A R A L Y S I S**, Ger. *Gänsefußwurz*, nascuntur in pratibus: colliguntur verò primo Vere: quo tempore conditum cum faccharo ex eis conficitur, nec non aqua stillatitia. \* *Convulsionibus* medentur.

**T I L L A**, German. *Linden*. Gall. *Tilles* dicitur: quædam mas est, quædam femina. Distant inter se tuma materiæ, tuma totius corporis forma, & quod altera sit fructifera, altera verò sterili. Nam materies mari dura, flava, nedofor, spifloris: feminæ cædidiit: & mas sterilis, nullusq; flore est: feminæ & florem & fructum gignit. Flos calycula intellus præter soli pediculum, amentumq; futurum, pediculo altero annexus, viridis, dum in calycula est, de rebus autē leviter flavus: floret cum urbanis. Fractus oblongus, orbiculatus, magnitudine fabæ, similis hederæ acino, quinis angulis, veluti nervis eminentibus, inq; acutum, cum lete contrahensus partitus, qui scilicet majusculus est, minutiusculus autem confusior conitatur. Folium & cortex dulcia, suaviaq;: folium forma bederaceum; nisi quod in angulum acutorem rotundatur. Nascitur in campestribus, & asperis montibus. Colliguntur flores aestate: \* ex quibus aqua stillatitia paratur, apoplexiæ idonea. *Theophrastus.*

**C A P U T** quoq; calescenti, atq; in eo pituita cœcoquunt, flores anthos, *Betonice*, *Chamomilla*, *Lavendule*, *Meliloti*, *Paeoniae*, *Salviae*, *Stochodes*, &c. de quibus singulis vide suprà suo loco.

## De floribus calfacientibus pectus.

**S C A B I O S A** foliis constat laciniatis, subhirutis: caulis tenuibus, cubitali altitudine, atque etiam maiore: in quorum cacumine flores emicant in cæruleo albantes. Nascuntur in pratis & campesribus. Colliguntur in fine Maii, vel initio Iunii: siccantur in umbra, & servantur per annum. \* Pollent adverius scabiem. Profundunt omnibus pectoris vitiis, & respirationi inserviunt organis, &c. **Matthiolus.**

**P E C T U S** quoq; calefaciunt flores Betonicæ, Junci odorati, Melissæ, &c. de quibus singulis vide suprà.

## De floribus calfacientibus reliquas corporis partes.

**C O R** calefaciunt, flores anthos, Borraginis, Buglossæ, Croci, Melissæ, Spicæ nardi, &c. de quibus singulis vide suprà suo loco.

**S T O M A C H U M** calfaciunt, flores anthos. **Junci odorati**, &c. de quibus vide suprà suo loco.

**F L O R E S C E N T A U R I** i suprà descripti sunt. Nascuntur in riguis. Colliguntur mense Junii: siccantur, & conservantur per annum. Bilem & crassos humores per alvum expurgant: jecoris obstructions aperiunt: duratum lieuem emollient: menstrua & fœtum evocant.

**F L O R E S S A M B U C I** (Germ. *Hornblatt*) nascuntur in hortorum lepibus: colliguntur mense Maii. \* Emollient pectus: conferunt hydropicas: obstructions hepatis, sienis, & renum auferunt: tertianæ medentur: sanguinem mandant, &c.

**H E P A R** quoque calefaciunt, flores Betonicæ, Junci odorati, Origani, Chamomillæ, Spicæ, &c. de quibus vide suprà suo loco.

**S P L E N E M** calefaciunt, flores Betonicæ, Leucoi, Viticæ, &c. de quibus vide suprà suo loco.

**V E S I C A M** & **R E N E S** calefaciunt, flores Betonicæ, Junci odorati, Malvae, Meliloti, Spicæ, &c. de quibus singulis vide suprà suo loco.

**M A T R I C E M** calefaciunt, flores Betonicæ, Junci odorati, Iteos, Salviae, Spicæ nardi, &c. de quibus vide suprà.

**J U N C T U R A S** calefaciunt, flores anthos, Herbae paralytis, Chamomillæ, Meliloti, &c. de quibus singulis vide suprà suo loco.

## De floribus refrigerantibus singulas corporis partes.

**C A P U T** refrigerant, flores Nenupharis, Papaveris albi, Rosarum, Violarum, &c. de quibus vide suprà suo loco.

**P E C T U S** refrigerant, flores Papaveris, Violarum, &c. de quibus vide suprà.

**C O R** refrigerant flores Nenupharis, Rosarum, Violarum, &c. de quibus vide suprà suo loco.

**V E N T R I C U L U M** refrigerant flores Rosarum, Violarum, &c. de quibus vide suprà suo loco.

**H E P A R** refrigerant flores Cichorii, Nenupharis, Rosarum, &c. de quibus singulis vide suprà.

A **S P L E N E M** refrigerant, flores Cichorii, Nenupharis, &c. de quibus vide suprà suo loco.

**R E N E S** & **V E S I C A M** refrigerant flores Nenupharis, &c. de quibus suprà suo loco.

**M A T R I C E M** refrigerant flores Nenupharis, Rosarum, &c. de quibus vide suprà suo loco.

**J U N C T U R A S** refrigerant flores Violarum, Rosarum, &c. de quibus suprà suo loco.

## De floribus humectantibus pectus &amp; cor.

**P E C T U S** humectant flores Violarum, &c. de quibus vide suprà suo loco.

**C O R** humectant flores Borraginis, Buglossæ, &c. de quibus singulis vide suprà suo loco.

## De floribus siccantibus cor &amp; pectus.

**C O R** siccant, flores Anthos, Melissæ, &c. de quibus vide suprà.

**P E C T U S** siccant flores Melissæ, Betonicæ, Scabiosæ, &c. de quibus suprà suo loco.

## De floribus adstringentibus.

**V E R B A S C I** flores (Germ. *Wurstraudblümchen*) nascuntur in campesribus, alperis, & hortis: colliguntur aestate & autumno. \* Morbis sedis subvenient mirifici: adstringunt, & exiccant: asperas verrucas delent, &c. **Matthiolus**, & **Fuchsia**.

**A D S T R I N G U N T** quoq; flores Cichorii, Balaustri, Croci, Meliloti, Rosarum, Viticæ, &c. de quibus singulis vide suprà suo loco.

## De floribus discentibus.

**D I S C U T I U N T**, flores Anethi, Chamomillæ, Malvae, Meliloti, Stachados, &c. de quibus vide suprà suo loco.

## De foliis abstergentibus.

**F A B A R U M** flores (Germ. *Wonenblatt*) in hortis & campis nascuntur: colliguntur vero mense Maii: \* ex quibus aqua stillativa conficitur ad faciem abrergandam & venustandam: fluxiones oculorum fitit.

**A B S T E R G U N T** quoque, flores Tiliae, &c. de quibus vide suprà suo loco.

## De floribus extenuantibus.

**E X T E N U A N T** flores Chamomillæ, Iridis, Illyricæ, Stachados, &c. de quibus vide suo loco.

## De floribus emollientibus.

**E M O L L I E N T** flores Liliorum, Croci, Malvae, &c. de quibus vide suprà suo loco.

## De floribus suppurrantibus.

**S U P P U R A N T** flores Liliorum alborum, Croci, &c. de quibus vide suprà.

## De floribus glutinantibus &amp; cicatricem inducentibus.

**G L U T I N A N T** & cicatricem inducent flores Balaustri, Centauri, &c. de quibus suprà suo loco.

*De floribus menses moventibus & sistentibus.*

MENES movent, flores Betonicæ, Centaurii, Chamomillæ, Junci odorati, Leucoji, Melissæ, Paxomiz, Rosmarini, Salvæ, Viticis, &c. de quibus singulis vide suprà suo loco.

MENSES 9. fistunt, Balaustis, flores Hyoscyami, Nymphætæ, &c. de quibus suprà suo loco.

*De floribus flatus discutientibus.*

FLATUS discutunt, flores Anethi, Chamomillæ, Junci odorati, Spica nardi, &c. de quibus vide suprà.

*De floribus, qui ambustis medentur.*

AMBUSTIS medentur, flores Liliorum alborum, Malvæ, Verbaici, &c. de quibus singulis vide suprà.

*De floribus venenis resistentibus.*

VENENIS resistunt, flores Betonicæ, Citri, de quibus suo loco.

*De floribus dolorem mitigantibus.*

DOLORREM mitigan, flores Anethi, Chamomillæ, Centaurii, Hyoscyami, Meliloti, Rosmarini, &c. de quibus singulis vide suprà suo loco.

*De floribus purgantibus bilem flavam.*

PERSICÆ arboris flores, & folia in aqua calida, sicut rosarum & violarum macerati, in zulapium vel serapium rediguntur, ad ventrem subducendum, & bilem expurgandam efficaces, unciarum duarum instar. *Andernacus.*

Ex CERASI arboris, quæ dulcia profert

A cerasa, floribus dilatum fit, sicut rosarum & violarum: \* alvum dejicit. Serapium ex iis confectū, per totum annum asservari potest. *Andernacus.*

Ex ROSARUM persicarum floribus, quæ incarnatas vulgo appellant, succus conficitur: \* duarum unciarum instar, cum aqua facchata potus, bilem cum alvi excrementis detrahit. adhuc serapium ex rosis in aqua calente maceratur paratur, quod uncia unius, vel duarum instar, alvum mouet, bilemque educit. *Andernacus.*

Ex VIOLARUM floribus succus paratur, unius vel duarum unciarum instar: vel decoctū ipsarum adhuc recentium, copiose menitura potum, uis passis, & facchari momento adjectis: item confectū inde, minimo pondere, unciis duabus: summo, quatuor alvi excrementa, & bilem edicunt. Sic violæ ipse, cum facchato & melle conditæ, fescuncie modo: vel in pulverem redactæ, drachinæ instar sumptu, idem præstant. Eodem pertinet serapium ex violis: quò etiam ex rosis in aqua dilutis factum tendit. *Andernacus.*

*De floribus purgantibus pituitam.*

FLORES GENISTÆ (Germ. Ginst. oder Ginster) in/a ncuntur in campis, tribus, collibus: colliguntur mense Mäji & Junii. \* Alvum solvant: succus virgarum valenter extrahit: herba ipsa arida, & in pulverem redacta in vino maceratur, potuq; ad aquam inter ceterum eliciendam datur: nec non pulvis cum vino ad idem bibitur: sicut etiam lixivium ex ipso & vino patratum eidem confert. *Andernacus.*

PITUITAM quoque purgant, flores Carthami, Sambuci, &c. de quibus vide suo loco.